
OFFICIVM SANCTI ISIDORI AGRICOLÆ CONFESSORIS, MATRITI PATRONI.

QVOD S. D. N. VRBANVS PP. VIII.
in Regnis vtrisq; Castellæ à Presbyteris, & Clericis tam secularibus quàm regularibus, liberè, & licitè recitandum cum Octaua concessit, in Festo eiusdem die xv. Maij.



MATRITI.

Ex Typographia Regia. Anno M.DC.XXX.

VRBANVS PAPA VIII.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM. Domini nostri Iesu Christi, qui seruos suos æternæ gloriæ præmio donat in cælis, vices, quamquam immeriti, gerētes in terris, ex iniuncto nobis Pastoralis officij debito procurare tenemur, vt eorundē seruorū Christi debita veneratio in dies magis promoueatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis Quamobrem fidelium quorumlibet, præsertim verò Catholicorū Regum votis, quæ peculiarem eorundem Sanctorū cultum & venerationē respiciunt, libenter annuimus, prout in Dño conspicimus salubriter expedib. Sanè charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus Nobis exponi fecit, quod ipse pro eo, quem erga Sanctū Isidorū Agricolam gerit, deuotionis affectu, Officiū propriū ipsius Sancti Isidori, vt infra, recitari posse summopere desiderat, videlicet Missam & Officiū de Sancto Isidoro Agricola Confessore secundùm Rubricas Breuiarij Romani in Matrito duplex primæ classis, tanquā de Patrono cum octaua. Quare Nos pium & laudabile eiusdē Philippi Regis desiderium plurimum in Dño commendantes, eiusque votis in præmissis quantum cum Dño possumus benigne annuere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de venerabiliū fratrū nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præfectorum, quibus rem huiusmodi examinandā, matureque discutiendam cōmisimus, consilio, vt in Regnis vtriusq. Castellæ, à Presbyteris & Clericis tam secularibus quàm regularibus eorundem Regnorum Officium eiusdem S. Isidori huiusmodi cum octaua in festo eiusdē recitari liberè & licitè possit, Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam & facultatē perpetuo concedimus & impartimur. Non obstātibus cōstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarū Regnorū prædictorum, etiam iuramento, cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, cæterisque cōtrarijs quibuscumque Volumus autē, quòd præsentium transumptis, etiā impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica cōstitutæ munitis, eadē prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die xxvij. Martij M.DC.XXV. Pontificatus nostri anno secundo.

V. Theatinus.

LICENCIA.

NOs el Maestro Fray Antonio de Sotomayor, Confessor de su Magestad, de su Consejo de Estado, del de la santa general Inquisicion, Abad de Santander, Comissario general de la santa Cruzada, y otrosi juez Apostolico y Real para lo tocante a la impression, tassa, y distribuciō de los libros del nueuo Rezado, &c. Por la presente damos licencia a doña Teresa Iunti, Impressora del Rey nuestro Señor, para que pueda imprimir el Oficio con Octaua, y Missa de San Isidro Labrador, Patron desta Villa. Dada en Madrid a siete dias del mes de Mayo de mil y seiscientos y veinte y seis años.

Fray Antonio de Sotomayor.

Por mandado de su Señoria Ilustrissima.

Gil de Echauri y Zarate.

DIE XV. MAII.

IN FESTO SANCTI ISIDORI AGRICOLAE CONFESSORIS, MATRITI PATRONI.

Duplex primæ claſsis.

Si feſtũ hoc venerit in Dominica iij. iiij. & v. poſt Paſcha fit de Feſto cum ix. Lect. & com. Dominicæ in vtriſq; Veſperis,& Laudibus. Et ſi occurrat in Dominica inf. oct. Aſcenſ. fiat eadem comm. de Dominica ſine com. octa. Aſcenſ. In primis Veſp & Laud. ſed tantum fiat com. Aſcenſ. In ij. Veſper. ſi de octaua Aſcenſ. fiat Officium die ſequẽti. Et ſi occurrat in feria ij non fit comm. Dominicæ præcedentis.

Si occurrat in feria ij. Rogationum fit de Feſto cum ix. Lect. Homil. feriæ,& com. ad Laud. tantùm Si in feria iiij. Rogationũ, nihil fit de feria.

Si venerit in die Aſcenſ. transfertur in feriam vj. ſequẽtem, & in ij. Veſperis Aſcenſ. fit ſolum comm. ſancti Iſidori. Dies autem oct. S. Iſidori tunc veniens in die oct. Aſcenſ. nõ transfertur, ſed fit comm. tantum de ea in vtriſque Veſper. & Laudib. dictæ oct. Aſcenſ.

Si occurrat infra oct. Aſcẽſ. fiet de S. Iſidoro, ſine comm. Aſcenſ. in j. Veſper. & Laud. ſed fiet comm. In ij Veſper. ſi de Aſcenſ. fiat Officium die ſequẽti: & in fine Hymnorum dicitur Gloria tibi Domine, qui ſcandis. dummodo ſint eiuſdem metri.

Si occurrat in die octa. Aſcenſ. fiat de S. Iſidoro cum comm. oct. Aſcenſ. in vtriſque Veſp. & Laud.

Si occurrat à Vigilia Pentecoſt. vſque ad Feſta Ss. Trinita-

nitatis, transfertur post totam octa. Pentecost. & tunc j. die (quæ erit post 17. huius mensis) fit de ipso cum residuo octa. si quid de ea remanserit; sin aliter celebretur eo anno sine oct. & tunc Vesperæ erũt integræ de S. Isidoro cũ com. Ss. Trinitatis, & sine comm. Dominicæ j. post Pent. quòd si post Festum translatum sequatur immediatè eius dies octa. Festum huiusmodi celebretur cum suis primis Vesperis integris, & comm. sanctissimæ Trinitatis tantùm, & sine vlla com. dictæ octa. quia iã factum est Officium de eo.

In ij. Vesperis Matriti non fit commem. S. Vbaldi.

Si hoc festum celebretur in Sabbato, in ij. Vesper. fit com. Dominicæ sequentis.

Si die sequenti fuerit festum Ascens. Vesp. erunt de Ascens. cum com. S. Isidori tantùm. Diebus verò sequentibus fit de oct. Ascens cum com. octa. S. Isidori in vtrisque Vesper. & Laud.

Si die sequenti fuerit dies oct. Ascens. aut Vigil. Pentec. fiat com. de octa. aut Vigil. vt in Breuiario.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis præter ea quæ hic sequuntur. Sed in fine ad Inuitat. Añas, Vers. & Resp. tam breuia, quàm alia additur, **Allel,** & tres Psalmi dicuntur in quolibet Nocturno sub prima Aña, illius Noct. nisi transferatur.

Et in fine Hymnorum eiusdem metri. **Gloria tibi Domine, qui surrexisti.** vel, **Qui scandis.** iuxta Rubricas.

Capitulum. *Iac.* 5.

ECce Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patientes igitur estote vos, & confirmate corda vestra.

Ad Magnificat, Aña.

Labores manuum suarũ quia manducauit, esurientem impleuit bonis Dominus Deus noster, alleluia.

Oratio.

DA nobis quæsumus misericors Deus, beato Isidoro Agricola Confessore tuo, intercedente superbè non sapere, sed eius meritis, & exemplis placita tibi semper humilitate deseruire. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

In primo Nocturno.

De Epistola Beati Iacobi Apostoli.

Lectio j. *Cap.* 5.

PAtiētes estote, fratres, vsque ad Aduentum Domini: ecce Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum. Patientes igitur estote vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquabit. Nolite ingemiscere, fratres, ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, & longanimitatis & laboris, & patientiæ.

℟. Euge serue bone. Lect. ij.

ECce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est & miserator. Ante omnia, fratres, nolite iurare, neque per cælum, neq; per terram, neque aliud quocumq; iuramentum. Sit autem sermo vester: Est, est: Non, non: vt nō sub iudicio incidatis. Tristatur aliquis vestrum? oret. Æquo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vnguentes eum oleo, i. nomine Domini, & oratio fidei saluauit infirmum.

℟. Iustus germinabit.

Lectio iij.

COnfitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias erat similis nobis passibilis; & oratione orauit, vt non plueret super terra, & non pluit annos tres, & menses sex. Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. ℟. Iste cognouit.

In secundo Nocturno.

Lectio iiij.

ISidorus Agricola prope Matritum Hispaniæ vrbē, in qua natus fuerat, mercede colendis agris conductus breui, magnarum sibi virtutū eo in exercitio, vberrimam segetem parauit. Admirabilis enim Christi, ac sanctorum imitator, nunquam ad opus mane se conferebat, nisi prius Dei regnum studiosè quæreret Ecclesiasque in ipsius ac Deiparæ honorem dicatas visitaret. Quare cum illius morā agri dominus grauiter ferret, atque ex editiore loco

qua

quadam die, vt eum liberius increparet, Agricolam operiretur, binos Angelos candida veste, duplici boum iugo arantes, mediumq; inter illos Isidorum conspexit. Quo miraculo vulgato, magno deinceps honori, tam apud herum, quàm apud cæteros homines haberi cœpit.

℞. Honestum fecit.

Lect. v.

CHaritate in pauperes adeò flagrauit, vt mercedem, quam laboribus parabat, egentibus erogaret. Quin etiã cùm aliquando ad commune cum reliquis cõfratribus prãdium plurimos pauperes adduxisset, nihilque aliud, prandio scilicet finito, quam pulmenti partem sibi reseruatam repetisset; illam vir Dei fide singulari fretus ita distribuit, vt mirabiliter aucta ijs omnibus alendis saturandisque sufficeret. Illud etiam inter cætera mirandum, quòd per æstiuos calores, ad extinguendam in agro sitim, aquæ potum hero flagitante, cùm nullibi scateret Isidorus, stimulo quem gerebat, humo percussa, vberẽ ex ea & perennem ad hęc vsq; tempora fontem elicuit.

Amauit eum.

Lectio vj.

IGitur sanctitate clarus, cùm ad vltimã senectutem peruenisset, obdormiuit in Domino: & in cœmeterio sancti Andreæ sepultus, tandiu ibi iacuit, quo ad ciues de ipsius corpore honestius in Ecclesia collocando diuinitus moniti, illud in loculo integrum, atq; adeò incorruptum inuenerũt, vt ex eo suauissimus odor, qui hac etiam tempestate perdurat, efflaret. Sanctum corpus in Ecclesiam translatum, & in editore loco situm, maximis Deus miraculis illustrauit. Quorum beneficenciam non semel, tam ipsa Matriti ciuitas, quàm etiã cætera Hispaniæ loca ope ipsius implorata persenserunt. Quem postremo post annos ferè quadringentos, fama sanctitatis, ac miraculis illustrem Gregor. XV. in Sanctorum numerum retulit. ℞. Iste homo.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundùm Ioannem.

Cap. 15.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.

Ho-

Homilia sancti Gregorij Papæ.

Lib.7.Reg.Epist.32.

PEr semetipsum veritas dicit: Pater meus Agricola est: & omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & eũ qui fert fructum purgauit eum, vt fructum plus afferat. Palmes enim infructuosus tollitur, quia peccator funditus eradicatur, vt ad vberiorem gratiã perducatur. Sic enim spicarũ grana tribulis attrita, aristis & paleis mundatur. Si oliuæ prelo pressæ in olei pinguedine defluunt. Sic botri vinearum persi calcibus in vinum liquescunt. ℟. Iste est.

Lectio viij.

Ex eodem Tract. in septem Psalm. Penitent. ad 6. Psalm.

QVi manet in Verbo, non fraudatur à regno. Aliter namque fructum facere nõ possumus, nisi in eo maneamus. Ideoque ait: Manete in me, & ego in vobis. Vbi enim manendum nisi in ipso? Deficient domus; palatia corruent destruentur ciuitates; ab imis sedibus turres euellentur: verbum autem Domini maneret in æternum. Maneamus ergo in eo qui manet in æternum. ℟. Sint lumbi vestri.

Lectio ix.

NOn sequamur vanitatẽ, deserẽtes veritatem, nec contristemur sicut cæteri, qui spem non habent. Sed sustineamus eum, & si moram fecerit, expectemus: ne contingat nobis quod per Prophetam dicitur: Væ ijs qui perdiderunt sustinentiam. Quicumque mũdanæ aduersitatis fructus molestijs, diabolicæ tentationis infestatione deiectus, à spe cælestium promissionũ deciderit, sustinentiæ, quam prius habuerat, mercedẽ amitteret. Qui verò sustinebit, magnam reportabit remunerationem. Te Deum.

AD LAVDES.

& per Horas, Añ.

Domine, quinque talenta tradidisti mihi, &c.

Capitulum. *Iac.5.*

ECce Agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinũ. Patiẽtes igitur estote vos, & confirmate corda vestra.

Ad Benedictus. Añ.

Exiit qui seminat seminare semen

numen suum, & aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum, alleluia.

Oratio.

DA nobis, quæsumus, misericors Deus, beato Isidoro Agricola, Confessore tuo intercedente, superbè non sapere, sed eius meritis & exẽplis, placita tibi semper humilitate deseruire. Per Dominũ.

Ad Tertiam, Aña.

Euge serue bone.

Capitulum, Ecce Agricola, vt supra.

Ad Sextam, Antiphona.

Fidelis seruus.

Capitulum. *Iac.5.*

ECce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis: quoniam misericors Dominus est & miserator.

Ad Nonam, Antiphona.

Serue bone.

Capitulum. *Iac.5.*

MVltum valet deprecatio iusti assidua Elias homo erat similis nobis passibilis: & rursum orauit, & terra dedit fructum suum.

In secundis Vesperis omnia, vt in primis Vesperis, præter Antiphonam ad Magnificat. Ecce homo Agricola iste fuit quoniam Adam exemplum eius, ab adolescentia sua, ad seruiendum Deo viuenti, alleluia.

Non fit commemorat. sancti Vbaldi.

FINIS.

Secunda infra octauam.

Si festa SS. Cleti, & Marcellini martyrum. Petri Martyr. Stanislai Episcop. & mart. Nerei & Achilei mart. non fuerint celebrata, transferuntur post octau. S. Isidori, in j. diem festo ix. lection. non impeditam, eo ordine quo erant celebranda in proprijs diebus.

Si occurrat in feriam sextam post octau. Ascens. fit officium de S. Isidoro cum ix. lection. S. Vbaldi, & commem. Ascens. (Antiphon. ad Benedictus, & Magnificat, vt in Domin. infra oct. Ascẽs.) & cõm. S. Vbaldi.

Si occurrat in Vigil. Pent. officium fit de Vig. semidup. vt in Breuiario cum ix. lect. S. Vbaldi, & comm. oct. S. Isidori, & S. Vbaldi (sine vllis precipibus) & à Laudibus huius diei cessat officium S. Isidori etiam quoad comm.

Omnia vt in die præter Lect. quæ leguntur vt infrà.

In primo Noct. leguntur Lect. de Script, occurrenti. Si venerit in feria ij. aut iiij. Rogationum, dicuntur vt in primo die de epist. S. Iacobi. Et si non est positum initium epis. B. Petri in Dominica v. post Pascha, ponetur hac nocte.

Lect. ix, de S. Vbaldo Episc. & Conf. nisi venerit in feria secunda, aut iiij. Rogat. quia tunc fiet de Homil. feriæ cum commem. ad Laudes.

Cõmem. in Laudibus pro S. Vbaldo, Aña. Euge serue bone. ℣. Amauit eum Dñs.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrenti, & per totam octauam.

In secundo Nocturno.

Sermo sancti Isidori Episcopi

Lib. 2. Sentent. cap. 11.

Lectio iiij.

PRopterea virtûtes sanctôrum ad exémplũ nostrum Deus propósuit, vt quantò de imitatióne eórum conférri possint nobis iustítiæ præmia, tantò de perseuerantia mali sint grauióra torménta. Si enim ad boni incitaméntum, diuina, quibus admonêmur, præcêpta deéssent: pro lege nobis sanctórum exempla sufficerent. At contra; dum & nos Deus præcéptis suis admóneat, & vitæ sanctórum boni operis nobis exémpla propónat, nulla est iam de reatu excusátio.

Lectio v.

ET si prauorum sæpè secuti sumus exempla, cur non imitemur Sanctorum digna & Deo placita facta? Et si apti fuimus imitari iniquos in malum, cur pigri sumus imitari iustos in bonum? Orandus est igitur Deus, & virtutes, quas Sanctis præparauit ad coronam, nobis ad profectum sint positæ, non ad pœnam. Proficient autem ad profectum nostrum, si tot exempla voluerimus imitari virtutum.

Lectio vj.

Ex lib. 3. Senten c. 47.

QVantum verò attinet ad rationem, non est personarum acceptio apud Deũ, qui mundi eligit ignobilia & contemptibilia, & ea quæ nõ sunt, vt ea quæ sunt destrueret, ne glorietur omnis caro, hoc est carnalis potentia, coram Deo. Vnus enim Dominus æqualiter & dominis fert consultum & seruis, Sed melior est subiecta seruitus, quã elata libertas. Multi enim inueniuntur Deo liberè seruientes sub dominis constituti, qui etsi subiecti sint illis corpore prælati tamen sunt mente.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundùm Ioannem.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.

Homilia Sancti Ioannis Chrisostomi.

Homilia 31. in Ioannem.

EGo sum vitis, inquit vos palmites. Quid vult hæc parabola significare? Quòd qui non vacat doctrinæ, viuere non potest. Et, quòd futura signa Christi virtute proueniunt. Pater meus Agricola est. Quid? Auxilio indiget filius? Absit. Neque sic intelligitur. Vide quàm diligenter hanc parabolam exequitur. Non enim radici, sed palmitibus agricolæ curam conferre dicit. Radicis autem non alia causa hic meminit, quàm vt discerent, sine ipsius potentia nihil fieri posse: & quod ita ipsi fide vniendi sunt sicut palmites viti.

Lectio viij.

OMnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum Pater. Hic signat vitam, ostendens sine operibus neminem in ipso esse posse.

ſe. Et omnem qui fert fructũ purgabit: id eſt, incitabit ad virtutis curam. At qui radix circumfoſsione & cultu primum indiget; ſed nihil de ea nunc dicit, ſed de palmitibus ſibi ipſi ſe ſufficere oſtendẽs. Diſcipuli autem multa præceptoris cura indigent, etiam ſi ſtudioſi ſint. Ideo inquit omnem qui fert fructum, purgabit eum.

Lectio ix.

VBaldus Eugubij in Vmbria nobili genere natus, à primis annis pietate & litteris egregie eſt inſtitutus: iãque adoleſcens, vt vxorem duceret, ſæpe tentatus, nunquam tamen à propoſito ſeruandæ virginitatis receſsit. Sacerdos effectus, patrimonium ſuum pauperibus & Eccleſijs diſtribuit: & Canonicorum regularium Ordinis ſancti Auguſtini inſtitutum ſuſcipiens, illud in patriam tranſtulit, atque in eo aliquandiu ſanctiſsime vixit. Cuius ſanctitatis opinione euulgata, ab Honorio ſecundo ſummo Pontifice Eccleſiæ Eugubinæ inuitus præficitur. Quam cum multis annis ſumma cum laude gubernaſſet, ſanctis operibus ac miraculis clarus quieuit in pace: cuius virtus præcipue in effugandis ſpiritibus immundis elucet. Eum verò Cæleſtinus Papa tertius in Sanctorum numerum retulit.

DIE XVII. MAII.

Tertio infra octauam.

Si habeat quæuis dies infra octauam Sancti Iſidori concurſum cum die Aſcenſion. & eius octa. aut infra oct. & Vigil. Pent. ſeruetur quod dictũ eſt in rubricis poſitis diebus antecedentibus.

In primo Nocturn. Lect. de Scriptur. occurrenti ſi veniat in feria ij. aut iiij. Rogat. quia tunc ſumentur (vt dictum eſt) de Epiſt. B. Iacobi ex primo die Feſti, aut de initio alicuiꝰ libri, vel epiſt. ſi non ſit poſitum, quod ſeruetur in diebus infra octa. quibus occurrerint d. feria.

In ſecundo Nocturno.

Sermo S. Auguſtini Epiſcopi.

In ſerm de 4. f. r ſiue de cultura agri Dominici.

Lectio iiij.

CÆleſti gratia & ſpirituali pluuia præparãdus eſt ager Eccleſiæ, quia imber diuinus in proximo eſt. Operemur dilectiſsimi, in iſto agro quod nobis creditum eſt plãtare, rigare, arare, nouellare: ſed Dei eſt incrementum

 da-

dare. Apostolus Paulus Doctor gentium in fide & veritate, per semetipsum & operando, & moriendo hanc nos docuit Dominicam exercere culturam, dicens, Ego plantaui, Apollo rigauit; sed Deus incrementum dedit. Dei sumus cooperarij, Dei Agricultura.

Lectio v.

IN ista itaque, fratres, Dei agricultura, in qua nos Dominus operari præcipit, sic operemur, vt mercedem promissam dono gratiæ accipere mereamur. Tempus est; operemur, laboremus quinque illa iuga boum, quæ ille inuitatus in Euangelio, dum ad cœnam venire nolet, probare se velle dixit: quoniam ibi ea, non agriculturæ Dominicæ comparauit.

Lectio vj.

NOs ea quinq; iuga boum in agro Dominico iungamus. Terram durissimam sulcis spiritualibus exaremus, semē verbi proijciētes. Quascunque spinas malarum cupiditatum inuenerimus, euellamus, eradicemus, diuino igne succedamus, vt vitali opere laborantes, Domino Deo nostro fiducialiter dicamus: Domine Pater familias, quoniam & adiuuare fecimus opus quod iussisti, redde mercedē quam promisisti.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secūdùm Ioannem.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.

Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

Homil. 37. in Ioannem.

EGo vos purgaui, inquit, atq; superius hoc Patris officium ostendit. Sed nulla est inter Patrem & Filium differentia. Iam vestra opus est diligentia. Inde ne se eorum ministerij indigētia, sed vtilitate hoc facere demonstraret, addit: Sicut palmes non potest facere fructum à semetipso, nisi manserit in vitæ: sic vos nisi in me manseritis. Vt enim metu laxato eorum animo non discederent, eos cohibet & sibi cōglutinat, & bonam spem habere iubet. Radix enim manet: incidi autem & auferri palmitum est.

Lectio viij.

QVi manet in me & ego in eo. Ecce Filium non minoris esse, quam Patrem potesta-

testatis ad discipulos excitandos: Pater purgat, Filius in eo manet: manere enim in radice facit, vt palmites fructum faciant. Quòd si non purgatus in vite palmes manserit, fert quidem fructum, sed non debitum: qui verò non manet in vite, nihil parit. Verum purgare, Filij esse ostenditur: manere in radice Patris, qui ipsam radicem generat. Vides quomodo omnia communia sint, & purgare & à radice virtutem habere?

Lectio ix.

MIttetur, inquit, foras, neque ampli' ab agricola curabitur, & arescet. Hoc est, Si quid habuit à radice, si quã gratiam, amittet, & omni inde auxilio & vita spoliabitur, & tandem in ignem mittetur. Sed non talis qui manet in vite. Inde ostendit quid sit in ea manere, inquiés, Si verba mea in vobis manserint. Vides quidem, superius merito dicebam, ipsa opera Christum exigere. Cùm enim dixisset: Si quid petieritis, faciam, addidit, Si diligitis me, mandata mea seruate.

DIE XVIII. MAII.

Quarta intra octauam.

In hunc diem potest transferri Festum S. Isidori propter octa. Pent. & tunc in ij. Vesperis fit comm. Apparitionis S. Michaelis, aut S. Gregorij Episc. & Doctoris, sine comm. S. Potentianæ.

In primo Noctur. Lect. de Scriptura occurrenti.

In secundis Vesperis com. S. Potentianæ virginis.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Athanasij Episcopi.

In vita S. Antonij Eremitæ.

Lectio iiii.

COnsideremus fratres Domini esse nos famulos, & seruitutem debere ei, à quo creati sumus. Vt enim seruus præteriti gratia famulatus, præsens, aut futurum non cõtemnit imperium, nec audet asserere, quòd ex labore transacto, instantis operis habere debeat libertatem, sed vigili studio (vt in Euangelio scriptum est) eandem semper exhibet seruitutem, vt Domino placere possit: sic & nos diuinis congruit parere præceptis, scientes quod æquus ille retributor, in quo quemcunque inuenerit, in eo sit iudicaturus.

Lectio v.

IDeo precor, vt ad finem propositi omni labore tendamus. Nemo post tergum respiciens Loth imitetur vxo-

rem: præſertim cùm Dominus dixerit, Neminem ponentem manum ſuper aratrum, & reſpicientem retrorſum, dignum eſſe regno cælorum. Reſpicere autem retrorſum nihil aliud eſt, quàm in eo pœnitere, quod cœperis, & mundanis rurſus deſiderijs obligari. Nolite quæſo, virtutis, tanquam impoſsibile nomen, pauere; nec peregrinum vobis, aut procul poſitum videatur hoc ſtudium, quod ex noſtro (Dei gratia præcedente) pendet arbitrio. Hujus operis homini inſerta natura eſt, & eiuſmodi res eſt, quæ noſtram tantummodo expectat voluntatem.

Lectio vj.

VNde Dominus in Euangelio, ait, Regnũ Dei intra vos eſt. Virtus quæ in nobis eſt, mentem tantum requiret humanam. Cui enim dubium eſt, quia naturalis animę puritas, ſi nulla fuerit extrinſecus ſorde polluta, fons ſit & origo virtutum? Bonam neceſſe eſt eſſe eam, quam creauit bonus creator. Quod ſi fortè cunctabimur, audiamus Ieſum filium Naue populo dicenté: Rectum facite cor noſtrum ad Dominum. Nec Ioannes diſſonam tulit de virtute ſententiam, prædicans, Rectas facite ſemitas eius. Siquidẽ hoc eſt rectum eſſe animum, cum eius principalis integritas nullâ vitiorum labe maculatur!

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſecũdùm Ioannem.

Lectio vij.

IN illo tẽpore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ego ſum vitis vera, & Pater meus Agricola eſt. Et reliqua.

Homilia S. Auguſtini Epiſc.

Tract. 80. in Ioannem

ISte locus Euangelicus, fratres, vbi ſe dicit Dominus vitem, & diſcipulos ſuos palmites, ſecundũ hoc dicit quòd eſt caput Eccleſiæ, noſque mẽbra eius mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus. Vnius quippe naturæ ſunt vitis & palmites. Propter quod cum eſſet Deus, cuius naturæ non ſumus, factus eſt homo vt in illo eſſet vitis humana natura, cuius & nos homines palmites eſſe poſſemus.

Lectio viij.

QVid ergo eſt, Ego ſum vitis vera? Nunquid addens vera, hoc ad eam vitem retulit, vnde iſta ſimilitudo translata eſt? Sic enim dicitur vitis per ſimilitudinem, non

per proprietatem: quemadmodum dicitur ouis, agnus, leo, petra, lapis angularis, & cetera huiusmodi, quæ magis ipsa sunt vera, ex quibus ducuntur istæ similitudines, non proprietates. Sed cùm dicit, Ego sum vitis vera: ab illa se vtiq; discernit, cui dicitur: Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliena? Ná quo pacto est vitis vera, quæ expectata est vt faceret vuas, fecit autem spinas?

Lectio ix.

EGo sum, inquit, vitis vera, & Pater meus Agricola est. Numquid vnum sunt agricola & vitis? Secundum hoc ergo vitis Christus, secúdú quod ait: Pater maior me est. Secundùm autem id, quod ait, Ego & Pater vnú sumus, & ipse Agricola est: nec talis, quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministerium; sed talis, vt det etiam intrinsecus incrementum. Ná neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Sed vtique Deus est Christus, quia Deus erat Verbum: vnde ipse & Pater vnum sunt &, si Verbum caro factum est, quod nõ erat, manet quod erat.

DIE XIX. MAII.

Quinta infra octauám.

Si in hunc diem transferatur Festum Apparitionis sancti Michaelis, aut sancti Gregorij Episcopi & Doctoris, fiet officium de Festo translato cum ix. lect. S. Potentianæ, & comm. oct. S. Isidori & S. Potentianæ, & in secundis Vesperis fiet comm. S. Isidori. In Festo S. Gregor. pro com. sancti Isidori. ℣. ad Laudes & Vesperas variantur, & Lectio j. Nocturno de initio lib. 1. Regum.

In primo Noct. de Scriptura occurrenti.

Lectio ix. de S. Potentiana virgine, nisi venerit in feria secúda aut quarta Rogat. quia tunc fiet de homil. feriæ cum com. ad Laudes.

In Laudibus pro comm. S. Potentianæ, Antiph. Simile est regnum.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Gregorij Papæ.

Homil. 20 in Euang.

Lectio iiij.

OMnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Quid hoc loco vallium nomine, nisi humiles? Quid montium & collium nisi superbi homines designantur? In aduentu ergo Redemptoris valles impletæ, montes verò & colles hu-

humiliati sunt: quia iuxta eius vocem. Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & omnis qui se humiliat, exaltabitur. Vallis etenim impleta crescit: mons autē & collis humiliatus decrescit.

Lectio v.

OMnis enim vallis implebitur, quia corda humilium sanctæ doctrinæ eloquio virtutum gratia replebuntur, iuxta hoc quod scriptum est: Qui emittit fontes in conuallibus: & vnde rursum dicitur: Et conualles abundabunt frumento. A montibus namque aqua dilabitur, quia superbas mentes veritatis doctrina deserit. Iam videmus, iam conualles frumento abūdare cōspicimus, quia illorum ora pabulo veritatis impleta sunt, qui mites, ac simplices huic mundo despicabiles esse videbuntur.

Lectio vj.

Idem lib. 12 Moral. c. 8.

VNde miro modo res agitur, vt humiles cælum petant, dum se interius deijciunt. Superbi infima appetant, dum despiciendo cæteros, quasi in altioribus extolluntur. Isti se dum despiciunt, cælestibus iunguntur; illi cum se erigunt, à superioribus diuiduntur: atque, vt ita dixerim, illi se eleuando deprimunt, isti se deprimentes eleuant.

In tertio Nocturno

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini.

In eod. tract. 80. in Ioannem.

CVm de Patre tanquā de Agricola dixisset, quòd infructuosos palmites tollat, fructuosos autem purgat, vt plus afferant fructus, continuò etiam se ipsum mundatorem palmitum ostendēs, iam vos, inquit mūdi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis: Ecce ipse mundator est palmitum, quod est Agricolæ non vitis officium; qui etiā palmites operarios suos facit. Nam etsi non dant incrementum, impendunt tamen aliquod adiumentū, sed non de suo.

Lectio viij.

QVia sine me, inquit, nihil potestis facere. Audi etiam ipsos confitentes. Quid autem est Apollo? Quid autem Paulus? Ministri, per quos credidistis, & vnicuique sicut

Dñs dedit: Ego plătaui, Apollo rigauit: & hoc vtique ſicut Dñs dedit: non vtique de ſuo. Iã verò, quod ſequitur, Deus incrementum dedit: non per illos, ſed per ſeipſum facit. Excedit hoc humanam humilitatem, excedit Angelicam ſublimitatem; neque omnino pertinet niſi ad Agricolã Trinitatem.

Lectio ix.

PVdentiana virgo, Pudentis Romani filia, parẽtibus orbata, cùm admirabili pietate Chriſtianam religionem coleret, vnà cum ſorore Praxede pecuniam ex vendito patrimonio redactam pauperibus diſtribuit, ſeque ieiunijs & orationibus dedit. Cuius etiam opera tota eius familia, in qua erant nonaginta ſex homines, â Pio Pontifice baptizata eſt. Quòd autem ab Antonino imperatore ſancitum erat, ne Chriſtiani publicè ſacrificia facerent: Pius Pontifex in ædibus Pudentianæ cum Chriſtianis ſacra celebrabat. Quibus illa benigne acceptis, quæ ad vitam neceſſaria eſſent, ſuppeditabat. Itaqua in his Chriſtianæ pietatis officijs migrauit é vita, & in ſepulchro patris ad cœmeterium Priſcillæ via Salaria ſepulta eſt, decimoquarto Kalẽdas Iunij.

DIE XX. MAII.

Sexta intra Octauam.

Si in hunc diem transferatur Feſtum S. Michaelis, nec de eo cum commem. octa. in Laud. & in ij. Veſperis.

In primo Nocturn. Lect. de Scriptura occurrenti.

In ſecundo Nocturno.

Sermo S. Ioannis Damaſceni.

Lib. 4. Orthodoxæ fidei, c. 16.

Lectio iiij.

SAnctis vt Chriſti amicis & Dei filijs, atque heredibus honor haberi debet, quẽadmodum inquit Theologus, & Euangeliſta Ioãnes. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri: quo iã nõ ſerui ſunt, ſed filij; quòd ſi filij profecto & heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti. Ac Dominus in ſancto Euangelio ad Apoſtolos ita loquitur, Vos amici mei eſtis: &, Non iam dico vos ſeruos.

Lectio v.

QVin etiam cùm Rex regum & Dominus dominantium, ac Deus deorum ſummus ille rerum omnium architectus, & Dominus dicatur, profecto ſancti quoque tum Dij, tum Domini, tũ Re-

ges sint necesse est. Horum enim Deus & Dominus & Rex est, & appellatur. Deos porrò & Reges & Dominos non natura dico, sed quia perturbationibus animi imperarunt, atque dominati sunt, atque imaginem diuinam, ad cuius similitudinem procreati fuerant, integram, minimèque adulteratam seruarunt (namque & ipsa Regis imago Rex dicitur) & quia animi inductione ac volūtate Deo vniti sunt, eumque hospitē susceperunt, ac per eius perceptionē quod ipsis natura est, hi per gratiam extiterunt.

Lectio vj.

ET enim his honor, qui pro bis conseruis habetur, beneuoli erga communem Dominum animi argumentū est. Illi sancta Dei promptuaria, & pura domicilia extiterunt. Inhabitabo enim in illis, ait Deus, & inambulabo, atq; ero illorum Deus. Ac quod Iustorum animæ in manu Dei sunt, nec mors eos attinget, litteris sacris proditū est. Mors enim Sanctorum, somnus potius est quàm mors. Laborauerūt siquidem in hoc æuo, & in æternū viuent: ac, Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secūdùm Ioannem.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Tractat. 81. in Ioannem.

VItem se esse dixit Iesus, & discipulos palmites, & Agricolam Patrem. Vnde iam pridem (sicut potuimus) disputatum est. In hac autē lectione, cùm adhuc de se ipso, qui est vitis, & de suis palmitibus, hoc est de discipulis loqueretur: Manete, inquit, in me, & ego in vobis, nō eo modo illi in ipso, sicut ipse in illis. Vtrumq; autem prodest non ipsi, sed illis; ita quippe in vite sunt palmites, vt viti non conferant, sed inde accipiant vnde viuant. Ita verò vitis est in palmitibus, vt vitale alimētum subministret eis, non sumat ab eis.

Lectio viij.

AC per hoc manentem in se habere Christū, & manere in Christo, discipulis prodest vtrumq; non Christo. Nam præciso palmite potest de viua radice aliuspullulare: uqi

qui autem præcisus est, sine radice non potest viuere. Denique adiungit & dicit: Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic & vos nisi in me manseritis. Magna gratiæ cõmendatio, fratres mei, corda instruit humilium, ora obstruit superborum.

Lectio ix.

ECce qui audent, respondeant, qui ignorantes Dei iustitiam & suã volentes cõstituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Ecce cui respondeãt sibi placentes, & ad bona opera facienda Deum sibi necessarium non putantes; nonne huic resistunt veritati homines mente corrupti, reprobati circa fidem, qui respondent & loquuntur iniquitatem dicentes à Deo habemus quòd homines sumus, à nobis ipsis autem quod iusti sumus? Quid dicitis, Non assertores sed præcipitatores liberi arbitrij ex alto elationis per inania præsumptionis in profundo submersi?

DIE XXI. MAII.

Septima intra octauam.

Si hac die occurrat Festum Corp. Christi, fit de Festo sine cõ. S. Isidori, & in ij. Vesp. fiet com. dici octa. S. Isidori, vt in primis Vesperis Festi.

In primo Nocturn. Lect. de Scriptura occurrenti: & si nõ est positum initiũ libri 1. Regum, ponatur hac nocte.

Vesperæ dicuntur de die oct. S. Isidori duplex, omnia vt in primis Vesperis Festi.

Si die sequenti fuerit Festũ Ascens. aut eius dies octa. aut Festum Corporis Christi, fiat de eis cum com. diei octau. S. Isidori in vtrisque Vesperis, & Laudibus.

Si verò octau. S. Isidori venerit in Vigilia Pent. fiat officiũ hoc modo. Ad Vesperas feriæ vi. Aña. Domine quinque talenta. cũ reliquis Antiphonis, & Psalm. de Communi Conf. non Pont. & non duplicantur Ant. quia fit officium semiduplex, & à Cap. fit de Ascens. vt in Dñica infra octau. Ascens. Añ. ad Magnificat. Cùm venerit Paraclitus, ℣. Dominus in cælo. cũ comm. octa. S. Isidori: Ana. & ℣. vt in primis Vesp. Festi (& non dicuntur preces ad Completorium) Sequenti die fit de Vigil. Pent. semiduplex cum comm. octau. S. Isidori ad Laudes tantùm, quia illic desinit quæuis octau. (sine vllis precibus ad Primam.

Lectio S. Bernardi Abbatis.

Lectio iiii.

ATtentius sanè Agricola pauperem excolit fundũ, sed cui fortè nulla amplior, pretiosiorvè sit possessio, buccellam panis in sinu suo mendicus abscondit, quod in facculis suis solum hoc metalli genus æruginet. Tu quid ita extremæ huic paupertati & quidem proprij malè prodigus laboris incumbis? Est & alia ibi possessio, etsi fortè remota. Erras, nihil tam prope nos, quàm quod intra nos est. At fortè non quidem longius positam, sed inutilem esse causaris, vt hic tibi quærendam magis sufficiẽtiam putes. Falleris, ibi magis inuenies, imò non inuenies nisi ibi.

Lectio v.

AN verò in hac possessione æstimas, quod vel operam tuam non exigat, vel minus respondeat operanti? Aut certè in tuto credis esse locatã, nec vlla deinceps sollicitne custodes egere, Quòdlibet horũ sapias scito ꝙ desipias vehemẽter. Ibi enim quã maximè quæ seminauerit homo, hæc & metet. Sed & qui parcè seminat, parcè & metet: qui verò in benedictionibus seminauerit, de benedictionibus & metet, vt faciat vnum tricesimum, vnum sexagesimũ, vnũ centesimum.

Lectio vi.

Ex tractatu eiusdẽ sancti Bernardi de interiore domo, in princip.

DIligenter ergo exerce agrum tuum, ait, Sapiens, vt postea ædifices domũ tuã. Ager iste corpus nostrum est, cuius sensibus & moribus sic rectè vtimur, animique imperio eos subijcientes in vsum virtutis inflectimus, dum corpus animo indesinẽter, & animus Deo ex toto subijcitur. His nimirum modis interior conscientia ædificatur.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Euangelij secundùm Ioannem.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episc.

Ex eodem tract. in Ioan. 81.

EGo, inquit, sum vitis, vos palmites; qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Ne quisquam putaret saltem paruum aliquem fructum posse â semetipso palmitem ferre, cùm hic dixisset. Hic fert fructum

multum, non ait, Quia fine me parũ poteſtis facere, ſed, Nihil poteſtis facere. Siue ergo parũ, ſiue multũ, ſine illo fieri nõ poteſt, ſine quo nihil fieri poteſt. Quia etſi parum attulerit palmes, eũ purgat agricola, vt plus afferat. Lectio viij.

SI quis in me, inquit, nõ mãſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligẽt eum, & in ignem mittet, & ardet. Ligna itaque vitis tantò ſunt cõtemptibiliora, ſi in vite non manſerint, quantò glorioſiora ſi manſerint. Deniq; ſicut de ijs per Ezechielem Prophetam Dominus dicit, Præciſa nullis agricolarũ vſibus proſunt, nullis fabrilibus operibus deputantur: vnum de duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis: ſi in vite nõ eſt, in igne erit, vt ergo in igne nõ ſit, in vite ſit. Lectio ix.

SI manſeritis in me, inquit, & verba mea in vobis mãſerint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. Manẽdo quippe in Chriſto, quid nolle poſſunt, niſi quod non conuenit Chriſto. Quid velle poſſunt manẽdo in Saluatore, niſi quod non eſt alienum à ſalute? Aliud quippe volum⁹, quia ſumus adhuc in hoc ſeculo. De manſione namque huius ſeculi nobis aliquando ſubrepit, vt hoc petamus quod nobis nõ expedire neſcimus. Sed abſit vt fiat nobis, ſi maneamus in Chriſto, qui non facit quando petimus niſi quod expedit nobis.

Hodie in ij. Veſper. omnia ſicut in primis Veſper. dici.

DIE XXII. MAII.

In octaua.

Si venerit infra oct. Aſceſ. aut Corporis Chriſti, fit de S. Iſidoro, cum comm. octa. quæ occurrerit.

In j. Noct. Lect. de Script. occurrenti. Veſp. de die octa.

Si die ſequenti fuerit Feſtũ Aſcenſ. aut Corporis Chriſti, Veſperæ erunt de Feſto, ſine comm. oct. S. Iſidori.

Quando Feſta SS. Cleti, & Marcellini mart. Petri mart. Stenislai Epiſc. & mart. Nerei & Achilei martt transferuntur poſt oct. S. Iſidori, in ſecundis Veſperis diei oct. fiat comm. Feſti tranſlati eo ordine quo in Breuiario celebratur, vel de Dominica ſi ſequatur.

Omnia ſicut in Feſto præter Lectiones. In ſecũdo Noct.

Sermo S. Bernardi Abbatis.

Sermo 2. omnium Sanctorum.

Lectio iiij.

QVia ſancto Iſidoro Agricolæ feſtiuam hodie, deuotiſ-

uotifsimam,omnique dignifsi mam nobis deuotione memoriam celebramus, operæ pretium puto, de eius felicitate, in qua beata iã requie perfruitur, fermonem facere charitati veftræ: erit enim præftante Dño triplex fermonis vtilitas, quatenus agnita vel ex parte aliqua felici retributione Sãctorum abundãtiori deinceps folicitudine ipforum inhærere veftigijs, ac feruentiori defiderio ad eorũ fufpirare confortia, propenfiorique deuotione, eorumdem nos commendare patrocinijs ftudeamus.

Lectio v.

FIdelis quippe fermo eft, & omni acceptione dign⁹, vt quos folemni veneratione profequimur, etiã fimili conuerfatione fequamur. Quos beatifsimos prædicamus, ad eorũ beatitudinem tota auiditate curramus: quorũ delectamur præconijs, fubleuemur eorum patrocinijs. Nec fanè parũ fructuofa inuenitur memoria feftiua Sanctorum, languorem, teporem, erroremq; depellens: cùm eorum interceffione iuuetur infirmitas noftra, confideratione beatitudinis excitetur negligentia noftra, ignorantia quoque noftra ipforũ erudiatur exẽplis.

Lectio vj.

Poft multa.

SIN enim de præfenti feruorum requie habemus in pfalmo fcriptum: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dñs bene fecit tibi: bene, inquã fecit; audi quàm bene, Quia eripuit animã meã de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapfu, id eft, à peccato omni, & à peccati pœna, â timore quoque & periculo recidendi penitus liberauit. Hoc eft fuauifsimum animæ ftratum, quod nullus iã lauet, aut riget lacrymis, quãdo abfterget Deus omnẽ lacrymam ab oculis fuis. Hoc cubile, in quo iam non compungitur, nec conuertitur in ærũnas fuas, dum configitur fpina: exijt enim de terra illa, quæ fpinas ei & tribulos germinabat.

In tertio Nocturno.

Lectio fancti Euangelij fecundùm Ioannem.

Lectio vij.

IN illo tempore: Dixit Iefus difcipulis fuis: Ego fum vitis vera, & Pater meus Agricola eft. Et reliqua.

Homilia fancti Hilarij Epifcopi.

Enarra-

Enarratione in Psalm. 51.

SI qui igitur per fidem corporati Dei manere in natura assumpti â Deo corporis merebuntur, hi mundantur in fructus æternos à se afferendos, quia necesse est, vt natura verę vitis propago, intra vitem manés teneat. At verò qui incredulus nati in corpore Dei fuit, vel etsi credens maneat, fructibus tamen fidei suæ careat, eradicabitur, aut ob infidelitaté, aut ob inutilitatem fructuum negatorum.

Lectio viij.

NAtus enim ex Dei virgine filius hominis cum esset Dei filius, naturam in se vniuersę carnis assumpsit, per quam effectus vera vitis, genus in se vniuersæ propaginis tenet: Si qua ergo propago infidelis, aut infructuosa est, eradicandam ipsa se præbet; per naturam quidem manens, sed per infidelitatem, aut inutilitatem euellitur.

Lectio ix.

QVi enim nõ manebit in Christo, regni Christi incola non erit. Non erit autem, non quòd sibi nõ patuerit incolatus (vniuersis enim patet, vt consortes sint corporis Dei, atque regni, quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: naturã scilicet in se totius humani generis assumens) sed vnusquisq; pro merito & euellendum se & eradicandum de terra viuentiũ præbet; non prohibitus vnquam inesse, qui per naturę assumptionem incola sit receptus; sed eradicatur ob crimen, naturæ consortio indignus existens.

LAVS DEO.